

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Nicolaus Schütze Heinrich Kercker

## **Disputatio Iuridica De Successione Ab Intestato**

Rostochi[i]: Kilius, 1646

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn731864441>

Druck Freier  Zugang



Erbdruck ohne Testamentsnachtrag

Schätzge-Kirker. /e  
R. N. Inv. 1646.



56

DISPUTATIO JURIDICA  
*DE*  
**SUCCESSIONE**  
AB INTESTATO,

*Quam*

D. T. O. M. A.  
Magnifico, nobilissimo & amplissimo  
J<sup>C</sup>torum collegio in illustri ad Varnum  
Academia approbante.

59

P R E S I D E  
MAGNIFICO ACADEMIÆ R E C T O R E  
V I R O

Amplissimo, Consultissimo & Excellentissimo  
D N. N I C O L A O Schüßen/  
J<sup>C</sup>to & Antecessore celeberrimo, Re-  
verendi Capituli Lubecensis Syndico gravissi-  
mo ac p. t. Juridicæ facultatis D E C A N O spe-  
tabili, Dn. Praeceptore ac Promotore,  
pl. honorando,

*Publico examini submitto*

**HENRICUS KERKER,**  
Frisius.

*Habebitur in Auditorio Majori*

Die XI. Aprilis.

---

Omnium habere memoriam & in nullo penitus errare, divinitatis  
magis est quam humanitatis l. 2. § 14. C de ver. jur. encl.

---

R O S T O C H I ,  
Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr. Anno 1646.

1646

THEATRUM LIBRARII  
SACCGESSIOINE  
URBIS RINTGASTATONIS

AKMOTD  
ALLEGORICOGRAPHICO & SUBTILISSIMO  
ICONICUM SCULPTO IN PIPUSIENSIA  
ACADEMICO LIBRARII

INTRODUCTIO  
IN LIBRARIA RINTGASTATONIS



BRUNNENSIS LIBRARII  
TITLE



# IN NOMINE DEI

Difficile enim, ut bono peragatur exi-  
tu, quod malo inchoatum principio.

c. 25. caus. 1. q. 1.

## THESES 1.



Mnis successio est vel ex testamento vel  
ab intestato (A) relictâ illâ hanc ita de-  
finio: Successio (B) ab intestato est nul-  
lo relichto à defuncto testamento (C) he-  
reditatis (D) acquisitio.

(A) §. ult. 1. per quas pers cuiq; acquir. l. 1. ff. de petit. hered. l. 1. A.  
§. 3. si tabb. testam null. exstab. hinc patet, pacta de futura successione  
tertii jure civili non valere l. fin. C. de pact. Quia sunt contra bonos  
mores l. 4. C. de inutil. stipul. periculosisimi & tristissimi eventus, d. l.  
fin. nisi sint inita inter milites l. 19. C. de pact. vel consensu tertii acce-  
dente. d. l. ult. vel eo planè incerto l. 3. §. 2. pro soc. ut & hodie pacta  
confraternitatis inter personas illustres, à quibus omnis sinistra præ-  
sumptio & suspicio captandæ mortis alienæ cessat, acedente tamen Cæ-  
saris autoritate, quâ suffulta malorum motum reprehensione carent &  
affectatae mortis votum tollitur, inita subsistunt. Gail. 2. obs. 127. n. 2.  
& 5. (B) quæ & legitima propriæ (alias enim testamentaria non impro. B.  
priæ dicitur legitima l. 130. de V. S.) dicitur l. 16. pr. de inoff. testam l. 8.  
de petit. hered. justa hereditas l. 3. §. 2. pro soc. Legitimum jus §. 4. I. ad  
SC. Tertull. l. 6. §. 1. de bonorum posseß. & legitima successio d. §. 4. l. 9.  
pr. C. de jur. delib. sic dicta non quod testamentaria sit illegitima, sed  
quia hæc immediate & proximè solâ legis dispositione absq; testamen-  
ti vel ejusunq; alterius dispositionis medio defertur. l. 14. C. de legit.  
hered. arg. l. 5. de legit. iut. Treutl. vol. 2. disp. 16. ib. 1. L. B. in illa vero  
magis dominatur voluntas testatoris, lege tantum confirmante & quasi

A

coope.

cooperante. i. e. hereditatem illam ipsa lex quidem non defert, sed ab homine delatam confirmat Faschin. l. 6. controv. jur. c. 41. Goedd. ad l. C. 130. de V. S. n. 3. Bachov. ad Tr. vol. 2. disp. 16. § 1. L. B. (C) alias enim, quarendiu heres ex testamento speratur, non admittitur heres legitimus. l. 39. de acquir. vel omitt. hered. l. 89. de R. I. l. 8. C. comm. de success. nihil quippe magis hominibus debetur quam ut supremæ voluntatis postquam jam aliud velle non possunt, liber sit stylus & licitum quod D. iterum non redit, arbitrium. l. 1. C. de SS. Eccles. (D) i. e. universi juris patrimonii substantiæ dominii atq; ita omnium, quæ in defuncti, cum moreretur, possessionibus inveniuntur l. 62. de R. I. l. 24. de V. S. ibid. Goedd. n. 12.

## II.

**I**ntestatus is dicitur: qui aut omnino testamentum non fecit (A) aut fecit quidem, sed minus recte (B) aut quod fecit est nullius momenti (C) aut cuius testamentum ruptum (D) irritumve (E) factum est, aut ex cuius testamento nemo heres existit (F).

- A. (A) aut quia noluit, & hic propriè dicitur intestatus, qui cum facere testamentum posset, non fecit, l. 1. pr. de suis & leg. hered. aut quia non potuit ut testari prohibitus ob etatem, ut pupillus, ob morbum, ob furiosus, ob interdictum, ut prodigus & hi impropiè & non nisi abusive intestati dicuntur decedere, ut patet ex l. 1. pr. de suis & legit. hered. licet etiam ratione effectus & juris in successionibus ab intestato constituti pro intestatis habeantur d. l. 1. (B) si nimis testamentum destitutum sit solennitatibus à jure civili ad id requisitis. l. 1. ff. de injust. rupt. & irr. fact. testam. iis enim deficientibus actus totus vitiatur, arg. l. 8. §. 17. ff. de transact. quid enim interest an omnino quis non testetur an perperam? arg. l. 2. ff. de autor. tut. l. 8. §. 8. ad SC. Vellej. & paria C. sunt non fieri & non recte heri, l. 6. de his qui fatis cog. (C) in quo filius in sacris paternis constitutus contra officium pietatis male præteritus, l. 1. ff. de injust. rupt. & irr. fact. testam. cum enim testamentum ex Jure veteri est nullum tam quoad institutionem, quam quoad cætera in testamento relicita, l. 8. §. pen. & l. 28. de inoff. testam. l. 1. & l. 17 de injust. rupt. & irr. fact. testam. l. 30. & 31. de lib. & posthum. l. 16. de vulg. subst. l. 10. C. de testam. milit. l. 1. C. de posth. heredib. testamen-

tum

tum enim in quo filius præteritus est ad intestati causam deducitur, quia  
præterito filii familias defunctum intestatum facit, *Gothfr. in not. ad l.*  
*ult. ff. de lib. & posthum.* (D) cum in eodem statu manente testatore D.  
ipius testamenti jus vitiatur, §. 1. I. quib. mod. testam. infirm. in pr. I. de  
hereditate, quæ ab intest. defer. quod accidit posteriore rite perfecto,  
l. 2. ff. injust. rupt. irrit. *& agnatione sui heredis*, quæ si vel legiti-  
matione, §. 2. J. de hered. quæ ab intest. defer. vel arrogatione vel  
adoptione, modo ea facta sit ab aliquo ascendentе, l. 8. de *injust. rupt.*  
*testam.* §. 2. I. de adopt. vel quando nepos in locum præmortui filii suc-  
cedit, §. 2. I. de ex hered. lib. l. 2. & 3. C. de posthum hered. instit. (E) E.  
vel per capitis diminutionem §. 5. I. quib. mod. testam. infirm. maximam  
& medium §. 4. I. cod. l. 6. §. 5. & seqq. ff. de *injust. rupt.* &c. testamentum  
enim non intelligitur, nisi ejus, qui est civis & qui est libe, l. 16. ff.  
qui testam. fac. poss. l. 1. C. de hered. instit. vel per destitutioiem, scilicet  
non aditâ hereditate, l. 1. de *injust. rupt.* &c. de quo lit seq. (F) pr. I. F.  
de heredit. quæ ab int. def. l. 1. ff. de suis & legit. heredib. ut si aut heres  
esse nolit aut vivo testatore aut post mortem ejus, antequam heredita-  
tem adeat, decedat, aut si conditio, sub qua heres institutus, deficiat,  
aut, quia non potuit esse heres §. 2. I. quib. mod. testam. infirm. & licet  
reverâ eo tempore, quo decedit testator censeatur, tamen cum ejus adi-  
tio pendeat ab herede, qui est caput & basis testamenti §. 3. I. de legit.  
non potest dici firmum testamentum, nisi aditâ hereditate, vis enim  
omnis testamenti, nomine hereditatem adeunte, solvitur. l. 9. ff. de te-  
stam. tut. l. 18. de R. J. & inde omnes suas vires testamentum accipit.  
l. 10. ff. de jure codicill. fundamento autem destructio & super inædifica-  
tum cortuor, necesse est, arg. l. 25. ff. de usurp. & usucap. imò omnia sunt  
irrita, quæ in testamento relinquuntur, si ex eo non adeatur hereditas,  
l. 14. C. de fideicomiss. Gædd. ad l. 64. de V. S. n. 8.

## III.

**S**uccedendi ordines sunt constituti quinq; I. Descen-  
dentium. II. Ascendentium. III. Collateralium.  
IV. Viri & uxoris. V. Fisci (A) Prima itaq; successio  
est descendantium. i. e. liberorum. (B) hiq; sunt vel na-  
turales & legitimi simul (C) vel legitimi tantum (D) vel  
naturales tantum (E) vel spurii (F) vel deniq; ex damna-  
to coitu nati (G).

A 2

(A) 4.6.

A. (A) *I. i. §. i. de jure fisci. I. i. & 4. C. de bon. vacant. & I. un. C. unde  
vir & uxor, Nov. 118 c. 1. 2. & 3.* Præter hos quinq; ordines nulla datur  
successio, hinc nemo ob id solum, quod fuerit defuncti effinis, *I. 7. C.  
comm. de succēs. vel nutritor I. 10. C. eod. vel tutor; nullibi enim hoc di-  
citur & sine lege loqui erubescendum Nov. 118 c. 5. vel hospes. aut b. omnes  
peregrini C. d. i. vel cognatus spiritualis, nam nec hac de re ullus textus,  
Treutl. vol. 2. diff. 16. ih. 1. lit. F. Harpr. ad pr. I. de hered. tat. quæ ab Ec.  
n. 50. & seqq. (B) Deutr. c. 21. v. 16. §. i. I. de hered. quæ ab intest. Ec.  
au**th.** in successionem. C. de suis & leg. Nov. 118. c. 1. iis enim natura &  
pa**rent**ati commune votum hereditates addicit, *I. 7. §. fin. ff. si stab. te-  
stam null. exstab. I. 7. de bonu*d*amn. vivo enim patre quodammodo do-  
minio*rum* paternarum dicuntur, & post mortem patris hereditatem  
non pereocere, sed magis liberam bonorum uadministrationem conse-  
qui censemur. §. 2. I. de hered. qual. & diff. Ec. I. 11. ff. de lib. & postb.  
(C) ut sunt, qui ex nuptiis, secundum normam & præscriptum legum,  
*t. t. I. de nupt. celebrazis nati sunt. I. 3. & 6. ff. de his qui sunt sui vel al.  
jur. hiq; suis parensibus sive mares sive foeminae, I. 11. C. fam. hercise.  
§. 15. I. de heredit. quæ ab Ec. Nov. 118. c. 1. vers. nulla. sive emancipati.  
au**th.** in successionem. C. de suis & legit. au**th.** cessante C. de legit heredib.  
Nov. 118. c. 1. sive in sacris parentis constituti d. N. cap. eod. (sublata  
enim est omnis sexus patriæ, potestatis & emancipationis ut & agnatio-  
nis & cognationis differentia per d. N. c. 1. & 4.) sive nati fuerint tem-  
pore mortis parentum, sive posthumus (nec enim requiritur, ut liberi  
sint in vivis; sed sufficit, si sint in utero §. 2. vers. posthumus quoq; & §. 8.  
I. de heredib. quæ ab Ec. quoties enim de partus commodo agitur, for-  
tusjam editus singitur I. 7. & I. 26. de stat. hom.) & hi, si primi gradus,  
omnibus tam ascendentibus quam descendentibus exclusis ad paren-  
tum hereditatem æqualiter admittuntur. au**th.** in succēs. C. de suis &  
leg. si vero cum primi gradus descendantibus concurrent ulterioris  
gradus liberi, utpote nepotes, tum hi in stirpes, illi in capita ad-  
mittuntur, §. 6. I. de heredit. quæ ab Ec. Successio enim est vel per-  
sonalis, quæ sit in capita. i. e. quando hereditas dividitur æqua-  
liter secundum numerum personarum, vulgo, So viel Mund so  
viel Pfundt. Nov. 118. c. 2. vel representans, quæ est quando in stirpes  
succeditur, qua succedere volentes ingrediuntur locum sui parentes  
& ex ejus persona in stirpes succedunt, ut quælibet stirps accipiat eam  
partem;***

partem, quam accepisset is, à quo originem dicit non habitâ ratione  
multitudinis vel paucitatis personarum d. Nov. c. 1. quæ in linea descen-  
denti locum habet in infinitum §. ult. I. de heredit quæ ab int. in ascen-  
denti prorsus non; in collaterali ultra fratum & sororum filios &  
filias non obtinet. auth. post. fratres fratrumq; C. de legitim. hered.  
Novell. 118. c. 3. hocq; repræsentationis jure nepos ex primogenito  
in jure primogeniture, excludit secundo genitum & omnes illos  
quos pater exclusisset. (D) ut sunt adoptivi, qui non in justis nuptiis D.  
ex adoptante nati, sed legis autoritate ejus facti. Et hi sunt vel ado-  
ptivi in specie vel arrogati; si adoptati, idq; vel ab extraneo, tum jure  
adoptionis durante (secus si fuerint emancipati l. pen. §. fin autem: 2.  
C. de adopt. tum enim dissoluta adoptione cessat successio & desinit  
esse filius, extraneusq; censemur §. 6. I. quib. mod. jus patr. pot. solv. juxta  
tritum, nihil tam naturale, quam ut unum quodq; eo modo solvatur,  
quo colligatum l. 35. de R. I. ) patri adoptivo ab intestato una cum li-  
beris naturalibus & legitimis simul sive ante sive post adoptionem na-  
tis l. 5. C. de suis & legitim. lib. exclusis ascendentibus l. 2. §. 6. ff. ad SC.  
Tertull. æqualiter succedunt. l. 5. C. de suis & legit. vel ab ascidente ali-  
quo, & patre naturali mortuo etiam emancipati ad successionem tam  
patris naturalis quam adoptivi admittuntur autb. in success C. de suis &  
leg. jura enim civilia jura sanguinis corrumpere non possunt. l. 8. de  
R. I. Treutl. vol. 2. disp. 16. q. 2. l. I. Sivero arrogati, tum non solum in  
illis bonis quæ transstulerunt ad patrem arrogatorem sed & in omni-  
bus bonis ipsius arrogatoris succedunt l. pen. §. ult. C. de adopt. Idq;  
durante arrogatione, eā enim ex justa causa per emancipationem so-  
lutâ, recipiunt saltem sua bona & nihil habent juris in bonis patris ar-  
rogatoris §. 3. I. de adopt. l. ult. ff. si quid in fraud. patr. sine justa causa  
vero emancipati non tantum recipiunt omnia sua bona quæ ad pa-  
trem arrogatorem attulerunt & ea quæ durante arrogatione arroga-  
ti de novo obvenerunt & per eos patri acquisita d. l. ult. sed & præterea  
quartam omnium honorum, quæ mortis tempore arrogatoris fuerunt,  
d. l. ult. partem consequuntur ex constitutione D. Pii. l. 8. §. 15. de in-  
off. testam post mortem arrogatoris. l. I. §. 21. ff. de collat. Hunn. I. var.  
resol. 3. q. 34. (E) sunt propriè liberi, qui ex concubina loco uxoris in. E.  
dubitato affectu traxata & in domo retenta nati. c. 15. caus. 32. q. 4. hi  
matris suæ, etiam illustri l. pen. C. ad SC. Orfie. & parentibus maternis

etiam cum liberis justis & legitimis æqualiter succedunt. d. l. pen. &  
l. 2. & 8. ff. unde cogn. Sebneidevv. ad tit. I. de heredit. quæ ab &c. sub  
cap. de success. natural. tantum n. 14. adeò ut etiam testamento negle-  
cti vel præteriti querelam in officioli intentare queant Schneidevv. &c.  
n. 18. patri vero ( si sint primi gradus; secundi enim & ulterioris gra-  
dus non admittuntur l. ult. C. de natural. lib. Gail. 2. obs. us. n. 1.) ab  
intestate justos liberos, & legitimam uxorem non habenti ( liberis  
enim exstantibus & legitimâ vivente uxore, ut parcatur pudori legitimi-  
mæ uxoris & occurratur justo dolori, si quos videat se superstite in  
numero liberorum haberi eorundemq; jure censeri aliunde suscep-  
tos quam ex justo matrimonio. Bocer. cl. 3. disp. 10. §. 12. l. B. in totum  
excluduntur auth. licet C. de natural. lib. Nov. 18. c. 5. alendi tamen  
sunt, secundum facultatum paternarum modum ad arbitratum boni  
viri d. auth. & d. nov. c. 15.) in duas unicas cum matre in viriles parti-  
endas succedunt d. auth. licet. C. de natural. lib. Nov. 89. c. 12. §. 4.  
Hi autem naturales jura legitimorum simul adipisci possunt ita ut æq;  
patri ac matri succedere valeant, idq; procedit si legitimantur l. Per  
oblationem curie, quando filius naturalis à patre curiæ offertur. §. 2.  
l. de heredit. quæ ab &c. & taliter legitimatus patri soli ( non vero fra-  
tribus & aliis agnatis Nov. 89. c. 4.) ex testamento & ab intestato etiam  
cum aliis legitimè natis succedit. Nov. 89. c. 3. qui modus hodie ab aula  
recessit Treutl. vol. 1. disp. 2. th. 6. l. E. II. Per subsequens matrimonium  
§. 2. l. de hered. quæ ab &c. etiam in articulo mortis contractum Gail.  
2. obs. 141. n. 8. tum enim tam de jure civili ( quo per omnia & in omni-  
bus pro veris justis & legitimis habentur, nec quicquam à liberis natu-  
ralibus & legitimis simul differre censemur Nov. 74. c. 1. Nov. 89. c. 8 )  
non modo soli, sed & cum postea legitimè natis, quibus hi occasionem  
legitimi nominis præstiterunt §. 2. l. de hereditat. quæ ab &c. æquali-  
ter parentibus succedunt. d. §. 2. quæ Canonico, quo post contractum  
matrimonium antea geniti liberi pro legitimis habentur c. tanta. 6  
l. qui filii sint legit. matrimonium quippe sequens purgat omnia vi-  
tia præcedentia, & matrimonium singitur contractum ante nativita-  
tem & conceptionem liberorum d. c. tanta. & maculam primogeni-  
tutæ planè amoget Gail. 2. obs. 140. n. 3. & 141. n. 1. & 2. securus de jure  
feudali quo planè excluduntur §. naturales 2. F. 26. licet enim fictio  
tantum operetur in casu ficto, quantum veritas in casu vero, id ta-  
men.

men non simpliciter sed secundum quid est accipendum, & ratione effectuum illius juris à quo fictio est: at fictio illa, quâ legitimati habentur pro legitimis, est à jure civili & canonico dd. textibb. ergo nec temerè juri feudali repugnanti inferenda. *Vult.* i. *feud.* c. 9. n. 195. in successione enim feudi omnem maculam, imò omnem suspicionem maculae dominus feudi & pares curiæ remotam volunt, quæ hic est, & licet sic legitimati habeantur pro legitimis, nihilominus, ut Alchimia, cui similis est legitimatio, facit apparere illud quod non est, nec tamen transmutare unam speciem in aliam potest, legitimatus, licet gerat figuram legitimi, tamen non habet eandem in substantia, quod omnino de jure feudali requiritur. *Gail.* 2. obs. 140. n. 19. III. *Per rescriptum principis*, si pater offerat libellum supplicem imperatori de de legitimandis liberis auth. preterea & auth. item sine C. de naturali lib. hæcq; legitimatio procedit, si matrem illorum filiorum habere non possit *Nov.* 89. c. 6. ( secus est, si habere possit, quia cum in potestate patris positum sit, filium naturalem per subsequens matrimonium legitimate c. tanta X. qui filii sunt legit. non extraordinarium remedium querere, neq; legitimationis beneficio fornicationis turpitudinem operire debet, *Gail.* 2. obs. 142. n. 3. ) neq; liberi naturales in sui legitimationem dissentiant. *Nov.* 89. c. 11. neq; alios liberos legitimos habeat d. *Nov.* 89. & *Nov.* 74. c. 2. cum quibus tamen naturales per clausulam, non obstante, quod liberi legitimi ad sint, in libello suppli- ci adjectam, succedere possunt *Gail.* d. l. n. 8. ( F) qui in specie illi di. F. cuntur, qui vulgo sunt quæstii, & ex publica meretrice, quæ corpore quæstum querit concepti l. 23. de statu hom. Schneidev. de successione superiorum. n. 1. ii cum patrem, habeant incertum §. 12. I. de nupt. imò nullum §. 4. I. de success. cognat. vel habent quidem, sed eum, quem honestè demonstrare non possunt d. l. 23. de statu hom. patrinullo modo, matri vero, quæ semper certa. l. 5. de in jus voc. ut & ascendentibus per maternam lineam & quidem cum liberis legitime natis, ( nisi matri sit persona illustris & ex ea liberi suscepti legitimi l. 5. C. ad SC. Orf. ) iis vero non existantibus, & matri licet illustris d. l. 5. succedunt §. 3. l. ad SC. Orf. l. 2. & l. 8 ff unde cogn (G) ut sunt liberi ex incestu, G. adulterio & nefariis nuptiis prognati, qui à successione tam testamentaria quam legitima tam paterna quam materna & omnium ascendentium ut & transversalium arcentur omnis paternæ substantiaz in- digni

digni beneficio. auth. ex complex. C. de incestis nupt. adeò ut de jure  
civili nec alimenta quidem à parentibus iis debeantur. d. auth. Nov. 746  
c. fin. Nov. 89. c. 15. non ea, sine quibus vitam amitterent; illud enim  
esset necare. l. 4. de agnosc. & alend. lib. sed ea, sine quibus vel pro-  
prio labore ac industria vel alia aliqua via vitam sibi possint conser-  
vare, quoniam qui solà libidinis causa, & per scelus cum fœminis con-  
fuescunt, inter eos & liberos natos meritò nulla parentum & libero-  
rum mutua officia esse debent. Bachov. ad Tr. vol. 2. diss. 16. §. 3. lit. G.  
secus est de jure canonico c. 5. X. de eo qui dux. quam poll. per adulter.  
quod si vero uterq; contrahentium se tales incestas nuptias contrahere  
ignoraverit, sed legitimum matrimonium se contraxisse, acerrimo,  
non affectato aut simulato errore deceptus putaverit arg. l. 4. C. de  
incest. nupt. æq; succedent parentibus, licet incestuosí sint, ac si legitio-  
mè essent nati l. 57. in fin. de ritu nupt. cap. 14. X. qui filii sint legit.

#### IV.

**D**eficientibus descendantibus locus fit ascendentibus (A) qui liberis quidem suis legitime natis, si  
soli sint (B) ex eadem linea in capita, ex diversa in stir-  
pes (C) observatâ semper gradus prærogativâ, succe-  
dunt (D) aliter vero legitimis tantum (E) aliter natura-  
libus tantum (F) aliter spuriis (G) & ex damnato coitu  
natis liberis (H) heredes existunt.

- A. (A) Etsi parentibus non debetur filiorum hereditas propter vo-  
tum parentum & naturalem erga filios charitatem; turbato tamen or-  
dine mortalitatis, non minus parentibus quam liberis piè relinqui de-  
bet l. 15. de inoff. testam. Nov. 118. c. 2. idq; ratione commiserationis &  
solatii. l. 7. S. i. ff. sitabb. testam null. exstab. l. 6. de jure dot. hinc dici-  
tur hereditas lucretiosa l. fin. C. de instit. & substit. tristis successio. §. 2. I.  
B. ad sc. Tertyll. (B) nullis scilicet defuncti fratribus & sororibus utring;  
conjunctis exstantibus qui, si cum ascendentibus concurrant, succe-  
dunt in capita, secundum numerum personarum; ut ascendentes &  
fratres defuncti viriles seu æquales habeant hereditatis partes Nov. 118.  
c. 2. vers. si vero. Ubi fratres germani cum proximis ascendentibus vo-  
cantur; tales autem sunt patre mortuo avus & avia &c. quia nemo eos  
præ-

præcedit. l. 155. de V. S. I. 2. §. 2. 4. & 6. ff. de suis & legitim. neq; ascendentes per fratres hodie, secus ac olim arg. l. 9. C. de legitim. hered. excluduntur d. Novel. 118. c. 2. si vero ascendentes concurrant cum fratribus ex uno saltē latere conjunctis, tum fratres per eos excluduntur autb. cessante C. de legit. heredib. Novel. 118. c. 2. pr. vers. exceptis. Nov. 127. c. 1. vers. hoc vero. Bocerus cl. 3. disp. 10. th. 29. Fachin. l. 6. controv. jur. c. 8. si vero defunctus relinquat ascendentes, fratres germanos, ut & prædefuncti fratris liberos, tum cum ascendentibus & patruis succedunt etiam fratris liberi, ascendentes & fratres germani quidem in capita, filii vero in stirpes Nov. 127. c. 1. autb. cessante C. de legit. heredib. quod si vero soli ascendentes concurrant cum fratris prædefuncti liberis, nullo fratre existente, tum, quia hic cessat jus repræsentationis, quo utuntur, quosies cum propriis vocantur thiis sive paternis sive maternis Nov. 118. c. 3. vers. sed & ipsiis, fratris prædefuncti liberi per ascendentes excluduntur (C) C. autb. defuncto C. ad SC. Tertull. Nov. 118. c. 2. vers. si autem eundem. Schneidv. hic sub cap. de successione parent. natur. & legitim. simul n. 22. (D) ita ut propinquior cognatus excludat remotiores Nov. 118. D. c. 2. & licet hic gradus ptærogativa obseretur, tamen nulla habetur parentum (utrum sint ex linea paterna vel materna. Hinc pater excludit mortuā matre omnes per lineam maternam ascendentēs & contra mater omnes per lineam maternam existentes patre mortuo) vel bonorum distinctio, d. c. 2. ubi indistinctē proximus dicitur sucedere, quod alias non fieret; lex autem generaliter & in distinctē loquens, generaliter & indistinctē est accipienda, l. 1. §. 3. infin. ff. de aleator. Bachov. ad Tr. vol. 2. disp. 16. θ. 14. lit. C. Fachin. l. 6. controv. jur. c. 4. Mynsing. cent. 6. Obs. 55. n. 3. (E) hic E. distinguo inter patrem adoptantem, qui si est ascendens, in cuius potestatem adoptatus transit, filio adoptato instar legitimī & naturalis parentis succedit ab intestato arg. §. 2. I. de adopt. si vero extraneus, in cuius potestatem non transit filius adoptivus, filio adoptivo mortuo, quia talis adoptio jura patris naturalis non perimit, sed omnia integra servat d. §. 2. I. de adopt. non succedit, sed pater naturalis & legitimus, in quo jura patriæ potestatis & sanguinis illibata manserunt, jure illi præfertur. d. §. 2. & l. pen. C. de adopt. & inter patrem arrogatorem, qui liberis arrogatis, sine prole post pubertatem §. 2. I. de acquis. per. arrog. decedentibus ab intestato succedit, secus

si intra pubertatem decesserint; tunc enim alii cognati, qui heredes,  
si arrogati mansissent in suo statu, fuissent, patri arrogatori præfe-  
F. runtur. §. 3. l. de adopt. l. 18. f. eod. (F) hi in quibus casibus naturales  
liberi vocantur ad successionem, in his quoq; patres naturales libe-  
ris naturalibus heredes existunt Schneidev. hic sub cap. de success. pa-  
rent. nat. tantum. n. 40 sicut enim parentes prospiciunt naturalibus  
liberis, sic viceversa illi parentibus, sive in successione sive alimento-  
rum præstatione, ut sic eadem & par ratio servetur in iis auth. licet  
G. de natur. lib. succedit itaq; pater naturalibus liberis sine justa pro-  
le & legitima uxore decedentibus in duas uncias d. auth. licet. G. de  
nat. lib. Nov. 89. c. 13. mater vero, cæteriq; per maternam lineam a-  
scendentes in solidum; jura enim successionum sunt correlativa, &  
de correlativis idem judicium. Legitimatis vero succedunt natura-  
les parentes eo modo, quo naturales & legitimis simul arg. §. sui au-  
tem 2. vers. quibus connumerari. I. de hered. que ab incest. def. nisi  
quod per oblationem curia legitimatis soli parentes succedant, non  
G. etiam alii agnati cognativè Nov. 89. c. 4. (G) quemadmodum liberi  
tales à patris hereditate, quippe, qui incertus, arcentur, ita & pater  
à spuriorum filiorum hereditate excluditur l. 4. ff. unde cog. ad matris  
vero successionem, quæ, cum semper certa sit, l. 5. ff. de injus. voc.  
cum filii spurii vocentur, utiq; & mater ad illorum, l. 5. C. ad SC. Or-  
H. fic. vocabitur (H) sicut liberi tales planè removentur à parentum he-  
reditate ita & parentes, hereditate filiorum ex damnato coitu suscep-  
torum orbat, excluduntur arg. auth. ex complexu C. de incest. nupt.  
alimenta autem parentib. filii tales, ut filiis parentes, præstare tenen-  
tut, sine quibus vitam amitterent. c. 4. X. de eo qui dux. quām poll.

## V.

Deficientibus tam descendantibus quam ascen-  
dientibus succedunt collaterales. (A) Et quidem  
primò fratres germani & sorores (B) post hos fratres  
uterini & consanguinei (C) hisq; omnibus deficienti-  
bus cæteri agnati & cognati. (D)

- A. (A) qui sint patet ex l. 10. §. sunt G. ex lateribus. 8. ff. degradib.  
B. & affin. (B) reliquis omnibus ab uno saltē latere venientibus tam  
consanguineis quam uterimis remotis auth. itaq; mortuo C. comm. de  
fne.

succeſſ. auth. ceſſante & auth. poſt fratres C. de legit. heredib. Nov. 84.  
c. 1. § 1. ¶ 2. in fin. Nov. 118. c. 3. quia duplex vinculum paternum &  
maternum prætendere nequeunt, & hi, si ſoli ſint, in capita d. auth.  
itaq. d. auth. ceſſante & dd. Novell. ſi vero fratum germanorum  
mortuorum liberi cum fratribus concurrunt, tum hi in capita Nov.  
118. c. 3. illi vero, licet ſint gradu remotores, tamen ob jus repræ-  
ſentationis (quod ultra fratum filios in hac linea non extenditur,  
auth poſt fratres fratumq. C. de legit. hered. Nov. 118. c. 3. §. ſi itaq.  
defunctus neg. hodie, ſecus ac olim §. 5. I. de legit. agnat. ſuccesſ. in  
ſtripes. d. auth. ceſſante Nov. 118. c. 3. Nov. 127. in prefat. Conſtitut.  
Carol. V. in comitiis Norimberg. de anno 1525. §. vnd dieweiß &c.  
Aliud obtinet de Jure Saxonico, quo in ſucceſſione collateralium  
filii fratri defuncti à ſuperſtitie fratre excluduntur art. §. l. 1. per regu-  
lam. art. 3. l. 1. Je näher dem Sip je näher dem Erbe. Jus enim re-  
præſentationis de illo jure in linea collateralii locum non habet; ideo  
proximitas gradus tantum ſervatur, ſicq; exſtantibus fratribus & ſo-  
roribus, tanquam proximioribus, fratum filii, tanquam remotores,  
excluduntur. Schneidev. I. de hered. qua ab. &c. ſub cap. de tertio  
ordine ſuccedendi, collateralium n. 14. ) hiq; fratum præmortuorum  
filii non tantum cum fratribus ſuccedunt, auth. ceſſante C. de legit.  
hered. ſed & præferuntur defuncti fratribus consanguineis & uteri-  
nis d. auth. Nov. 118. c. 3. vers. unde idq; tam ob duplicitatem vinculi,  
quam jus repræſentationis, quo licet aliā ſint in tertio, in ſecundo  
gradu tamen eſſe finguntur. Novell 118. c. 3. Hi vero fratum præ-  
defunctorum liberi, ſi ſoli, nullo relictō patrio adſint, & jure Dige-  
ſtorum l. 2. §. 2. de ſuſ & leg. & institutionum §. 4. de legitim.  
agnat. ſuccesſ. & Codicis. l. pen. §. 1. vers. illo. l. ult. §. 3. vers. illo C.  
de legit. heredib. & Novellarum, Nov. 118. c. 3. vers. bujusmodi. (in  
iis enim ex jure veteri hac in parte nihil eſt correctum) & ex con-  
ſtitutione Coroli V. in Comitiis Spirensib. de an. 1529. §. Wenn einer  
Vnterſteſt abſtirbt. in capita ſuccedunt, non in ſtripes; jus n. repræſen-  
tationis, quod fratum filii eſt conſeſſum, quando cum propriis vo-  
cantur thiis ſive paternis ſive maternis Nov. 118. c. 3. vers. ſed & ipſis.  
cum hoc caſu ceſſet, omnes jure ſuo proprio ſuccedunt, quod cum  
omnibus ſit æquale & defuncto ſint in parigradu, merito etiam æ-  
quales portiones ſunt faciendæ & hereditas, inter eos qui pari gra-

du à defuncto distant, pariter æqualiterq; partienda est l. 2. §. 2. ff. de  
suis & legitimis. Facin. l. 6. controv. jur. c. 3. Bocer. cl. 3. disp. 10. th.  
C. 46. (C) eorumq; liberi eodem modo quo germani auth. post fratre  
sunt. C. de legit. hered. Nov. 118. c. 3. & quidem in omnia bona indi-  
stincte, sive sint à patre profecta sive à matre quæsita seu communi-  
ter parta ex æquo. Nov. 118. c. 3. ubi nulla sit bonorum distinctio,  
lege autem non distinguente, nec nostrum erit distingue. l. 8 ff.  
de Publ. in rem. act. Hæc sufficiant, de successione fratrum natu-  
ralium & legitimorum simul. Legitimi vero fratres seu adoptivi  
mutuo successionis jure utuntur, si illa adoptio facta ab aliquo a-  
scendente §. 2. l. de adopt. l. pen. C. de adopt. arrogati autem fra-  
tres ad mutuam successionem agnatorum non cognatorum vocan-  
tur arg. l. 10 §. ult. C. de adopt. naturales neq; naturalibus & legiti-  
mis simul & vice versa Nov. 89. c. 4. (secus est, si illi fratres natura-  
les fuerint legitimati vel per subsequens matrimonium, tam enim ju-  
ra legitimorum & naturalium simul nanciscuntur, & succedunt  
tam sibi invicem quam legitimè natis d. Nov. 89. c. 8. verè enim sunt  
legitimi c. 6. X. qui filii sunt legit. vel per rescriptum principiū, modo  
do nulli liberi legitimè nati adsint Nov. 74. c. 2 Nov. 89. c. 9. §. 1.  
non vero idem obtinet in legitimatione per oblationem curia, hi  
enim soli patri, non etiam agnatis aliis & cognatis succedunt. d.  
Nov. 89. c. 4.) neq; naturalibus tantum ab uno eodemq; patre  
procreatis, sed diversa matre, sibi invicem non succedunt, quia hic  
nulla agnatio neq; cognatio. §. 4. l. de success. cog. l. 2. ff. unde co-  
gnat. sed si ex concubina procreati fuerint, non tantum sibi invicem,  
sed & fratribus uterinis ex legitimo matrimonio susceptis, idq;  
ratione cognitionis d. §. 4. non vero consanguineis, succedunt d. §. 4.  
l. de success. cognat. idem obtinet in spuriis l. 4. ff. unde cog. §. 4. l. de suc-  
cess. cognat. qui etiam fratribus uterinis ex legitimo matrimonio, à  
matre licet illustri, procreatis succedunt l. 2 ff. unde cognat. ex coitu  
tandem damnato susceptis sibi invicem succedere nullo jure permittit-  
tur arg. aurb. ex complexu C. de incest. nup. Nov. 74. c. ult. & Nov. 89. c. ult.  
D. (D) omnes indifferenter Nov. 118. c. 4. aurb. sicut hereditas. C. dele-  
git. tutela. sive ex uno sive ex utroq; latere conjuncti, in infinitum  
§. ult. vers. amotis l. de servili cog. §. 3. l. de legit. agnat. success. se-  
cund.

cundum tamen gradus prærogativam d. Nov. 118 c. 3. §. fin. & c. 4.  
Prior itaq; gradu remotiores semper excludit § 4. circa fin. §. 5. l.  
legit. agnat. success. Nov. 118 c. 3. in fin. & pares in gradis pariter  
admittuntur in capita, secundum numerum personarum non in  
stirpes autb. post fratres fratrungz C. de legit. heredib.

## V I.

**D**eficientibus tam descendantibus quam ascen-  
dientibus ut & collateralibus (A) maritus uxori  
& contra uxor marito ab intestato ex juris Prætorii  
(B) beneficio succedit (C).

(A) hi enim exstantes, conjuges excludunt l. ult. C. quor. bon. A.  
si vero maritus defunctus dives & uxor superstes in opia laborave-  
rit, & vice versa Gail. 2. obs. 98 n. s. tum enim ex jure Imperatorio  
Nov. 53. c. 6. §. ult. (secus ac olim, ubi non distinguebatur, utrum  
alter ex conjugibus pauper vel non, sed simpliciter mortuo marito  
sine liberis & consanguineis conjux non succedebat, filio heredi-  
tatem occupante l. i. C. unde vir & ux) post mortem alterius con-  
jugis etiam liberis exstantibus tribus vel paucioribus quartam he-  
reditatis partem, vel virilem pluribus superstibus habet autb. præ-  
terea C. unde vir & ux Nov. 117. c. 5. quæ portio testamento alte-  
rius conjugis afferri nequit vel minui, quia debetur non ex provi-  
tione hominis sed autoritate legis: quæ enim debentur legis bene-  
ficio, testamento afferri nequeunt arg. l. 55. delegat. i. Nov. 22.  
c. 33. in fin. Gail. 2. obs. 86. n. 17. (B) Prætor enim æquitatem ha- B.  
bens ante oculos, l. 4. §. 1. de eo, quod certo loco dari oport. æquissi-  
mum judicavit, ut conjuges, cum inter illos sit consortium omnis  
vitæ l. i. ff. de R. N. & uno jugo copulati jugum unâ trahant & unam  
sortem sive secundam sive adversam in uno experiantur jugo l. 22.  
§. 7. solut. matrim. sibi invicem, nullis consanguineis exstantibus  
fisco excluso, succederent in solidum, modo justum inter eos matri-  
monium fuerit nec ullo interveniente divorcio usq; ad extremum  
vitæ spiritum duraverit l. un. ff. & C. unde vir & ux. (C) idq; de jure C.  
communi, secus si pacta dotalia, vulgo Eheslifungen / intervenie-

B 3 rint


rint, ea diligenter observanda, iisq; standum l. 1. ff. de paſt. vel conſuetudines loci, qualiter & in quibus rebus conjuges ſibi invicem ſuccedere debeant, diſponant; conſuetudo autem habet vim legis. l. 32. ff. de LL.

VII.

**D**eficientibus consanguineis (A) nec legitimā conjuge exſtante fiscus bona vacantia (B) occupat (C) jure ſuperioritatis & in vim regalium (D)

- A. (A) Interdum tamen fiscus ſuccedit iis exſtantibus, ſed ad ſuccendum incapacibus, uti ſunt I. nati ex incestuoſo & damnato coitu, ii. enim omnis paternæ ſubſtantiae beneficio indigni autb. ex complex. C. de incest. nupt. II. Capite damnati; eorum enim defunctorum deſcendentes, & ascendentis usq; ad tertium gradum admittuntur, cæteri vero cognati per fiftum excluſuntur Nov. 134. c. ult. & l. 2. & tt. C. de bon. proſcript. ut & III. rei criminis perduellionis & hereticoſis, in quorum ſucceſſione iplis parentibus & liberis fiftus præfetur autb. bona damn. C. de bon. proſcript. l. 4. §. 1. C. de heretic. l. 5. pr. C. ad L. Jul. maj. d. Nov. 134. c. ult. &c. vide plures apud Schnei- B. devv. hſc. ſub cap. de ſucceſſione fifti n. 14. & ſeqq. (B) haecq; dicuntur, quando defunctus in teſtato nullum ex qualibet ſanguiniſli- nea vel juris titulo legitimum reliquit heredem l. 4. C. de bon. va- C. cant. Rumelin. ad A. B. part. 3. diſſert. 3. tb. 29. (C) l. 1. §. 1. & l. 4. ff. de jure fifti l. 6. §. 3. ad SC. Trebell. modo id fiat intra quadriennium l. 1. C. de quadrienn. præſcript. alias enim bonorum poffeffor fiftco præſcriptionis exceptionem opponere poterit l. 6. §. 7. ſi quis D. omissa cauſa teſtamenti &c. d. l. 1. §. 2. de jure fifti & d. l. 1. C. de qua- dien. præſcript. (D) c. un. 2. F. 56 Postq; agnitionem bonorum fiftus pro defuncti facultatum modo creditoribus ſatisfacere debet l. 11. ff. de jure fifti. arg. l. 72. ff. de jure dot. Fachin. l. 6. controv. jur. c. 21. bona ſiquidem agnouit, non hereditatem, quam ſi agnouifet, effet creditoribus hereditariis, licet hereditas ære alieno obruta nec ſolvendo par exiſteret, obnoxius l. 33. ſolut. matr. ut & legata & fideicomissa relicta præſtare cogitur, l. 31. pr. ſolut. matrim. l. 14. & 17. de jure fifti l. 96. §. quoties. 1. ff. de legat. 1. l. 6. §. ſi fiftco. 3. ff. ad SC. Trebell. Ego hic ſubſiſto & telam hujus diſſertationis in nomine JESU finio,
- ſine quo

*Nullius est felix conatus & exitus unquam;*



**C**Onatus Kerckere Trias bene sopitet alma  
Hinc alii capiant utilitatis opus.

*Ita inter occupationes vō-  
rebam*

*Johannes Cothman, S. S. Th. D. & P.*

**Q**ui Themidi litare sacra solet impiger, illi  
Diva Themis meritò digna brabeja refert:  
Tel itasse patet, dum quid SUCCESSIONI monstras,  
Hinc quoq; succendent digna brabeja citò.

*id vovens deproperab.*

**Theodorus Pfug/**  
Nob. Oldenburg.

**Q**uod benè sit! doctam scandis KERKERE  
Cathedram,  
Indeq; protectus das documenta tui.  
Das documenta tuæ Themidis, cuius tibi semper  
A teneris annis maxima cura fuit,

Sic-

Sic nunquam dubites Themidis quin Numina  
sacra

Quondam dent Fama lumina clara tue.


Φιλοφίλιας ἐνεργειας deproperabat  
Vilhelmus Henckenius, Feverensis  
Frissius.


**H**actenus in vasto iuris quod feceris iter  
Oceano, tandem quò tua vecta ratis,  
Hoc, ΣΥΣΚΗΝΕ, probas, dum pulpita publica scandis,  
Et redditis Specimen divitis ingenii:  
Intestatorum dum qua Successio jure  
Obtineat doctā sedulitate doces.  
Omine felici precor ut condigna labore  
Præmia succedant: Gloria, fama, decus.

gratulabundus  
Amico & contubernali suo ut i tegeri  
ita suavissimam poluit  
Joan-Henrich Heinekenius,  
Olden-Bregeens.









the scale towards document

V. S. I. 2. §. 2. 4. & 6. ff. de suis & legitim. neq;  
res hodie, secus ac olim arg. l. 9. C. de legitim. be-  
. Novel. 118. c. 2. si vero ascendentes concur-  
ex uno saltem latere conjunctis, tum fratres per  
utb. cessante C. de legit. heredib. Novel. 118. c. 2.  
l. 127. c. 1. vers. hoc vero. Bocerus cl. 3. disp. 10. th.  
trev. jur. c. 8. si vero defunctus relinquat ascen-  
dantos, ut & prædefuncti fratris liberos, tum cum  
cruis succedunt etiam fratris liberi, ascendentes  
videm in capita, filii vero in stirpes Nov. 127. c. 1.  
egit. heredib. quod si vero soli ascendentes con-  
prædefuncti liberis, nullo fratre existente, tum  
præsentationis, quo utuntur, quosies cum pro-  
ive paternis sive maternis Nov. 118. c. 3. vers. sed  
efuncti liberi per ascendentes excluduntur (C) C.  
SC. Tertull. Nov. 118. c. 2. vers. si autem eundem.  
ap. de successione parent. natur. & legitim. simul  
inquier cognatus excludat remotiores Nov. 118. D.  
s ptærogativa observetur, tamen nulla habetur  
sint ex linea paterna vel materna. Hinc pater  
atre omnes per lineam maternam ascenden-  
omnes per lineam maternam existentes pa-  
torum distinctio, d. c. 2. ubi indistinctè proxime,  
quod alias non fieret; lex autem generaliter  
s, generaliter & indistinctè est accipienda, l. 1.  
or. Bachov. ad Tr. vol. 2. disp. 16. θ. 14. lit. C.  
jur. c. 4. Mynsing. cent. 6. Obs. 55. n. 3. (E) hic E.  
m adoptantem, qui si est ascendens, in cuius pote-  
statis, filio adoptato instar legitimi & naturalis pa-  
estato arg. §. 2. I. de adopt. si vero extraneus, in-  
in transit filius adoptivus, filio adoptivo mor-  
tio jura patris naturalis non perimit, sed omnia  
I. de adopt. non succedit, sed pater naturalis &  
ra patriæ potestatis & sanguinis illibata manse-  
etur. d. §. 2. & l. pen. C. de adopt. & inter pa-  
ji liberis arrogatis, sine prole post pubertatem  
arrog. decadentibus ab intestato succedit, secus  
B si in-